

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Professor P. Ad  
Exequias Quas Puello Lepidissimo Hieronymo Dobin/ Moestissimi parentes  
parant. Cives suos ad horam in puncto med: primae in aedem D. Mariae vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435861>

Druck    Freier  Zugang



R h a n e, H.,  
in  
**H. Dobin.**

Rost. 1638.

54







RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**  
J. U. D. & Professor P.

*AD EXEQUIAS*  
Quas

PVELLO LEPIDISSIMO  
**HIERONYMO**  
**ΘΟΒΣΙΩΝ**

Mœstissimi parentes parant;


Cives suos ad horam in punto med: prime  
in adem D. Marie vocat.



**ROSTOCHI,**

---

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.  
ANNO M DC XXXVIII.





Uotquot puerorum æ-  
què, sicuti majorum æta-  
tum exequias eunt, illi vi-  
dentur in primis recte sta-  
tuere de humanitate sua.

Per omnes n. vitæ articulos illa tran-  
sit, & nobiscum ortus suos finemq; ha-  
bet. Quapropter patimur, quod ho-  
minum est, per singulos annos, per  
quæcunq; temporum intervalla. Quo  
magis admirari convenit eos, qui obli-  
ti sui ipsius, ætatum discriminatum fa-  
ciunt, ubi æquales sumus: Hoc est, qui  
spes suas tam prolixè ducunt, igno-  
rantq; communem sortem, ut vix de se  
cogitent prius, quam cum cogitare i-  
psis non amplius licet. Ab hac HE-  
**RONYMI DOBINII** ætatula, ab hoc

ferme adhuc infantī triennio capite,  
Cives Academiæ, quod senes, juvenes-  
que vereamini. Nolite annis ac valen-  
ti sic satis corpori, nolite fidere; ea o-  
mnia in lubrico sunt, & sæpe antequā  
inclinent, corruunt. Hodie vobis in-  
puero, quantum ætas, propediem in-  
juvene & viro, quantum flos vigorq;  
præstare firmitatis possint, demonstra-  
bitur. Et quæ dies haçtenus illuxit quā-  
cunq; serena, quæ nō hanc impressam  
habuerit fragilitatis notam? Evidem  
magna pars divinę gratię est, quod per  
recens pueruli exemplum admonea-  
mur, ut si amus, quod ille fuit, si ingredi  
regnum cœlorum velimus. Ut cunq;  
enim morituri omnes non simus, præ-  
cipue quos novissima dies deprehen-  
derit, omnes tamē hoc velle debemus,  
quod regni cœlorum est. In quod ne-  
mo

mo nisi qui innocens & purus est, recipitur, utq; recipiamini, omnes pueros vos ingredi convenit. Ista enim ætas nondum pravis inquinata sodalitiis, nondum per libidines incitata suas, nondum quod cū aliis fit, in transversum rapitur; sed mundum ignorando cuius incola est, hospes vere ac viator translit. Nulla ipsi est gravis sarcina, interq; à Salvatore suo apertum, per sensiles ac spinas clustum non est. Curis enim ac sollicitudinibus hujus vitæ nihil angitur; & si qua felicitas parentū est, ab ea nondum premi se, aut ad terram dari, simplicitas permittit. Tam deest ipsi, quod habet, quam quod nō habet; magno abundantia arguento, quia quam minimo continetur, & naturæ convenienter vivit. Cumq; alij per gulæ ac ventris piacula non tam e-

rumpant ex hoc orbe, quam evoman-  
tur; ista ætas & vocatur comiter & a-  
bire solet. Hoc præcipue beatitudinis  
humanæ in ipso mortis articulo ha-  
bens, quod ad vitæ hujus desiderium  
non per criminum ac pravitatis affe-  
ctionem, cogitandoq; ea & repetendo  
quæ designaverat, rapiatur. Quibus in  
votis quamplurimi exspirant, aut tā  
ægre abripi ab iis possunt, ut vix majo-  
ri mortis, quam dolore istarum volu-  
ptatum excrucientur. Hærent enim tā  
pertinaciter, ut, hoc quod terrestre est,  
una cum cœlestiparte dejiciant ac pes-  
sundent, nec facile sursum atq; ad cœ-  
los permittant. Quales per ætatem te-  
ner pusionis nostri animus quam ma-  
xime procul à se habuit.

Natus enim superioris quinti & tricesimi an-  
ni septimo Septembris, quam fidem Christo, cum  
ejus corpori per lavacrum regenerationis insere-  
retur,

retur, præstare tunc per suscep<sup>t</sup>ores suos vult, et  
per carnis ac mundi delicias minimum affixit.  
Cum eorum esset annorum, in quibus Spiritus S.  
regnum in homine solius est, nec Diabolus ejusq;  
pompæ, quibus renunciavimus, declinare nos ac  
retrahere possunt. De vita ergo ejus tanto plura  
forent dicenda, quo magis est, optimosq; homi-  
num demonstrat, si minimis urgeantur. Nescioq;  
ego, quæ adulorum iactantia sit, cum referre illi  
de suis, quæ bene egerint, tam curiosè omnia præ-  
cipiant. Qui si eorum, quæ perperam facta, simul  
recordarentur, credo futurum, ut tantis sæpe,  
tam duris lapsibus suis, unam aliquam aut alter-  
am, mediocrem admodum actionem non obdu-  
cerent, totiusq; vitæ maculas brevibus, curtisque  
pannis velare instituerent. Et, si quid est, quod  
cum laudari solet, ex se tale non est, sed comparan-  
do cum aliis, qui & deteriores sunt, & multo mæ-  
xima viventium pars. Hinc per omnia ætatum  
dignitatumq; & officiorum discrimina transeun-  
do, primum ea, quæ designentur quotidie, nobis-  
cum reputamus, & quantum ab his quisq; cave-  
rit sibi, deum exequimur & prædicamus. Quo  
nomine omnium maximorum hominum laudes,  
hujus ætatis innocentia, qua tenellus noster HIE-  
RONYMUS fuit, transiisse mihi videtur, Quo  
rum

rum eximia quæq; & ingentia facta, si ad simpli-  
cissimos puerorum affectus & mores redigi pos-  
sent, tum demum omne punctum, quod Poeta ait,  
mererentur. Talis cum hic apud nos fuerit re-  
cens ille civis, talisque in cœlos, unde datus est, re-  
dierit, ad eas laudes, quæ suæ ipsius propriæq; sunt,  
alienas quoque, sed hæreditarias afferere potest.  
Optimis enim natus parentibus, Patre sc. STE-  
PHANO, Viro erudito & qui multorum hominū  
mores, dum peregre esset, vidit, urbis autem hujus  
Cive primario, atq; ALBERTI, Senatoris quon-  
dam, & ANNÆ Mechelnborges Filio, Mater ipsi  
MARGARETHA Kochs/HIERONYMI, Senatoris &  
MARGARETHÆ Gerdes/qui uterq; diu su-  
perent, Filia. Quæ apud nos honestissimæ fami-  
liae, quod est mortalium, casus quoque suos & an-  
te & jam rursus expertæ sunt, dum nondum plene  
trimus pulsio nuper, qui erat XXVII. Aprilis de-  
cumbere morbillis, luctarique cum iis, verum im-  
par, in XX, usque Maij sustinuit, quo die in vespe-  
ram abeunte post sextam & ipsis & DEO concele-  
sit. O quantum est, antequam sentias mori, atq; ad  
istam beatam requiem pro sopore pueritiā habere.  
Facite autē Academizæ cives, ut mœstissimi Paren-  
tes, vobis aliquam debere se solatii partē, ex præsen-  
tia vestra prædicent. Nō est excelsior humilitas quā  
demittere se ad eos, qui ad Christum venire juben-  
tur. P. P. XXIII. Maij A.C. 1639.








[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777435861/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435861/phys_0016)



retur, præstare cum persusceptio  
per carnis ac mundi delicias m  
Cum eorum esset annorum, in c  
regnum in homine solius est, nec  
pompæ, quibus renunciamus,  
retrahere possunt. De vita ergo  
forent dicenda, quo majus est, o  
num demonstrat, si minimis urgea  
ego, quæ adulorum jactantia sit,  
de suis, quæ bene egerint, tam cur  
cipiant. Qui si eorum, quæ perpe  
recordarentur, credo futurum,  
tam duris lapsibus suis, unam ali  
ram, mediocrem admodum, actione  
cerent, totiusq; vitæ maculas brev  
pannis velare instituerent. Et, si  
tum laudari solet, ex se tale non es  
do cum aliis, qui & deteriores sun  
xima viventium pars. Hinc per  
dignitatumq; & officiorum disciri  
do, primum ea, quæ designentur q  
cum reputamus, & quantum ab hi  
rit sibi, demum exequimur & præ  
nominem omnium maximorum ho  
lijus ætatis innocentia, quatenell  
NON Y MULUS fuit, transisse mihi



uit, ea  
mixit.  
itus S.  
ejusq;  
nos ac  
plura  
omi  
cioq;  
re illi  
præ  
simul  
sæpe  
altes  
bdu  
sque  
quod  
arans  
mau  
rum  
eun  
obis  
ave  
Quo  
des  
Hi  
Quo  
und